



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 106. Marci Antonii Hispani Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. etiam Aurelianensem Episcopatum ad  
A. C. 1706. Regis nominationem obtinuit: cum etiam de Ecclesia bene meritus, regi- que percarus esset, ab Innocentio XIII. Purpuratorum Collegio adscriptus est. Tandem vero die quinta Februarii septuagenario major anno obtentæ Purpuræ nono decessit.

## §. CVI.

*Marci Antonii Barbarigo Cardinalis.*

*Vit. Card.  
 l. c. p. 77.*

**P**ari mortis necessitate vivis ereptus est Marcus Antonius Barbarigo patria Venetus, qui sub Cardinalis Gregorii, Patru sui cura, Patavii in omnibus virtutum exercitiis, inque aliis disciplinis mire adolevit, ac paulo post Pataviensis Ecclesiæ Canonicus, & demum Corcyrensis Insulæ Episcopus renunciatus est, quo in munere tamen graves admodum molestias dignitatum pedissequas perpeti cogebatur; cum enim Morosinus Veneti exercitus Ductor, quosdam milites transfugas vi ex Templo extrahi iussisset, Episcopus violatam Ecclesiæ immunitatem reparari petiit; repulsam vero passus, Morosinum diris devovit, quæ tamen severitate tam acerbam Veneti Senatus indignationem incurrit, ut omni-

Sæc. XVII.  
A. C. 1706.

omnibus suis bonis tam sacris quam profanis spoliatus, Corcyra Romam profugere cogeretur, ubi ab Innocentio XI. perbenigne exceptus, etiam Romana Purpura, & Montis Flascionis Episcopatu honorabatur; nec tamen propterea Venetæ Reipublicæ Senatus de concepta in eum indignatione quicquam remittebat, imo pecuniarum subsidium, quod alias suæ Nationis Cardinalibus annue elargiri solet, eidem constanter denegabat: Amplioris tamen fortunæ spes Marco affulgere videbatur, dum Cardinalis Barbarigo ejus Patruus mortuo Innocentio Papa ad supremos Pontificatus honores communi ferme suffragio expeti videbatur: obstabat tamen huic Cardinali alias optime merito patria tum Romanis inuisa; quapropter hoc carmen ejus Palatii foribus affixum legebatur:

Te bonitas, pietasque juvat, te  
postulat ætas:

Sed natale solum non finit esse  
Patrem.

Per *barbam* dico Jovis, & per Sacra  
Quiritum,

Vix Venetus ventus creditur  
esse bonus.

Ceterum Marcus totum sese piæ  
solitudini, rerumque Divinarum con-  
templatur.

Sæc. XVII. templationibus dicavit, suæque Eccle-  
 siæ, gregisque commodis Pastoralis sol-  
 licitudine invigilans die vigesima Martii  
 anno ætatis suæ sexagesimo sexto ani-  
 mam suam Deo reddidit.

## §. CVII.

*Petri Salazar Cardinalis ex-  
trema.*

*Vit. Card.  
p. 84.*

Quartus ex Cardinalibus hoc anno  
 denatis erat Petrus Salazar na-  
 tione Hispanus. Hic Ordinem B. Mer-  
 ritæ de Mercede redemptionis Captivo-  
 rum professus, ac vita morumque ho-  
 nestate necnon insigni doctrina, maxi-  
 me Theologiæ scientia conspicuus,  
 multis annis conciones Apostolice spe-  
 ritu plenas ad populum habuit, tam  
 nominis sui famam adeptus, ut  
 non modo inter suos variis, iisque ho-  
 norificis officiis augetur, sed etiam  
 Hispano Regi a Concionibus, arcanis  
 que Consiliis, necnon Viduæ Regine  
 a confessionibus esse mereretur: Tam-  
 dem in supremum Ordinis sui [Magis-  
 trum electus, ad Hispani Regis preces  
 ab Innocentio XI. Purpuratorum Sa-  
 natui adscriptus est, & paulopost in  
 Salmanticensem, & demum Cordube-  
 num Episcopum nominatus, præclara  
 virtutum exemplis ubique præluxit.